ANALECTA
VARIORUM PP. AA.
IN
PSEUDO-LUCILIUM, SIVE TYPHŒUM.



ANALECTA
VARIORUM PP. AA.
IN
PSEUDO-LUCILIUM, SIVE TYPHŒUM.
LECTORI BENEVOLO.

Pastores Arcades S.

UBI primum ad nos perlatum est, Pseudo-Lucilium quendam eo venisse dementiæ, ut, qui plenus sit omnibus probris, Phylacidam tamen Lucinianum spectatæ virtutis virum ausus sit petulantibus & atrocibus maledictis proscindedere; nostras esse partes putavimus, raptim hisce scriptis versiculis leviore manu tangere nihili nequam bestiam, quam propediem acriore sale putidam perfricabimus; pluresque Arcadum fidelissimæ accedent Coloniæ, quæ facile hominis amentis frangent audaciam, declarabuntque, ut nos, suam in Custodem nostrum observantiam, & fidem. Nobis quidem præclarum semper erit in hoc officio cæteris omnibus antevertisse. Vale.

I

IN crimine plagii miser Lucilius
Quinquennio ante deprehensus, improbe

 De-

Devinctus, Urbis publicis locis ſtetit
Ridendus ornatu novo: nam turpiter
Immaniterque prominebant additæ
Aures rudentis beſtiæ: fuligine
Os ſublitum: mitella ſpurcidum caput
Chartacea exornabat: omnes emori,
Qui venerant riſu ad novum ſpectaculum.
Depexus acri pectine, & miris modis
Exulceratus, hauſit omnes, inſolens
Quas plebs poteſt inferre, contumelias.
Tandem ſatis ludibrio ut Urbi fuit,
Dimiſſus eſt miſer, ligatus ſic tamen.
At ille (ut eſt, fuitque ſemper impudens)
Nil commoveri; & ſe expedire vinculis
Ne expertus eſt quidem: ſed ore ferreo,
Miſellus & ignavus ultor verberum,
Jactare cœpit in bonos viros probra;
Ut, quæ nigris inæſtuat præcordiis,
Utcumque bilem expromeret veneficam:
Putatque (qua eſt audacia & ſuperbia)
Tenere ſuſpenſos metu cives ſuos
Impurus impuriſſimis conviciis;
Quaſi integrâ floreret & famâ bonâ;
Quaſi integer, puruſque ab omni crimine;
Quaſique vulgus neſciat, Lucilium
Stuprum tuliſſe virgini; nec conjugi
Parſiſſe, quam Fumone ſegregaverit
Ab ſe impudicam ſordido divortio;
Iniquo an æquo jure ego non diſputo:
Squallore quæ nunc lacrimis, & ſordibus,
Fame, ſiti (quod omnium immaniſſimum eſt)
Enecta conſeneſcit in tugurio:
Tanta eſt mariti in conjugem crudelitas.
Verum mihi dic belluæ, precor, caput:
Ut vera ſint, per maximam calumniam
Quæ tu viris objeceris digniſſimis
Honore & omni literarum laude; num
Quæſo puteris Anatomes ſciens magis?

Pute-

Puteris esse criminis reus minus?
Responde Aselle criminationibus
De perpetrato crimine plagii: nam ad hanc
Rem nil opus cacationibus tuis,
Seu versibus, quos ore fœtidissimo
Merdosiores verminoso podice
Ineptus egeris; politioribus
Virisque nares elegantes enecas.

I I.

Semicapros inter Satyros cupis esse Typhoe:
Falleris: haud medius, totus es ipse caper.

I I I.

Quam male stultiloqui Patria est Fumona Typhœi;
In media nasci debuit Anticyra.

I V.

Buso, idemque Gygas, cur non queat esse Typhœus?
Cum sit busonum ex sanguine Buso Gygas.

V.

Credebam plagiarium Typhœum;
Verum carmina perlegens Typhœi,
Non credo plagiarium Typhœum.

V I.

Tellus concutitur tonante Olympo;
Immugit mare turgidum; quid hoc est?
Aut mundus ruit, aut canit Typhœus.

V I I.

Constare duplici tergore stomachum docet
Cornelius Celsus: duabus pellibus
Intelligit constare; ut exploratum habet
Quicumque linguæ puritatem noverit.
Id elegans Lucilius cum legeret
Ante hoc biennium, dubius hæsit diu,
Multumque, divinare dum anxius studet,
Cornelius quid bestiæ intelligeret,
Cui bina dorsa sint. Stuporem advertite,
Simul pudendam inscitiam, oscitantiam,
Seu verius stultitiam, & insaniam
Lucilii longe omnium amentissimi,

 Qui

Qui præter hominis formam hominis habet nihil.
Postquam diu multumque dubitavit, &
Quid esset hoc tergus duplex non repperit;
Nil amplius moratus est: sumtum male
Tempus putavit esse, quod insumeret
In eruenda ejus loci sententia.
Illi prius nil est levi plebecula,
Quæ ignara, quam tenet minus rem, amat magis.
Eam ut novo miraculo suspenderet,
Edictulum affixit frequentioribus
Locis, typis impresso ubi vernaculo
Sermone promittebat, in gymnasio
Se viscus illud explicaturum, duo
Cui dorsa; stomachum vulgo appellitant. Bene!
Scite! eleganter! quod Deus vertat bene.
O barde! stulte! Aselle! dossuarium
Pecus dolandum suste! nugacissime
Agyrta, nugarumque scitus artifex!
O vaniloquio, voce, fronte ferrea,
Nugacitate, digne Agonali foro!
O ventre cum tuo, cum inanibus tuis
Dorsis duobus, digne, ventre marcido
Cui perfricetur os dierum quindecim.

VIII.

Dic Tonsor, barbam radens aliquando Typhœi,
Auris inest illi grandis, an auricula?

IX.

Sat bene conquereris, quod scriptus Carduus in Te.
O facium insulsum! Tecum opus est strigili.

X.

Ajunt te quidam non esse Typhœe Poetam,
Contra quos ego sic arguo, sicque probo:
Absque furore dari Vates nequit: Ergo Typhœus
Est verus Vates, qui furit usque canens.

XI.

Huc contendite (siqui adhuc supersunt)
Etruscæ memores haruspicinæ.
Eja dicite, qua expiemus arte

Diras

Diras prodigii fat infolentis ,
Quo Respublica pallet univerfa :
Momi e podice natus eft Poeta,
Quem fœdus Pater , abfque Matris ufu ,
Totum e materie fua creavit .
Effingens reboante borborygmo
Corpus ftercore , fpiritum Mephiti .
Ergo hinc congeneri canit Camœna
Vates fpurciloquus nefanda facta ;
Immingit veteres bonos Poetas,
Corrumpens animâ Viros honeftos .
Eja pandite , qua expiemus arte
Monftrum terrificum , novamque peftem.
Si tellus generet malum Draconem,
Saxis obruito, fatisque fiet.
Si culus peperit malum Poetam ;
Demergas fcaphio , fit expiatum.

X I I.

Carminibus Circe focios mutavit Ulyffis :
Hoc Maro cum reliquis Vatibus afferuit.
Ergo Typhœe Magus : fed longe maximus es tu ,
Qui te Afinum cantu feceris ex homine .

X I I I.

Lucillius folemnem elenchum fing = lis
Evulgat annis, quo decem complectitur
Totius Anatomes capitibus integrum
Curfum: excipe offa, de quibus nunquam hactenus
Loquutus eft ; infcitiâ an focordiâ,
Utrum velis , damnandus . Equidem debuit
Diebus explicare tot tantasque res
Decem, ut minimum: At ille explicat, feu blaterat
Tribus quatuorve rem univerfam: perperam,
Quemadmodum quivis facile conjecerit .
Dii , Deaeque! quas nebulo turbas creat ! ·
Tuum ut tibi gyrare circum fentias ,
Quemadmodum turbo , caput , dum illum audias.
Per horulam unam fingulas oftendere
Particulas trium quatuorve vifcerum,

Et

Et quod cuique partium munus datum
Nequit profecto tam brevi compendio:
Naso nates culumque, & auribus duos
Testes, cadurca faucibus, meningibus
Scrotumque, vallo dentium parastatas,
Falloppiique arteriâ asperâ tubas,
Merdam cerèbro miscet, oculis mentulam.
O Juppiter, tuque omnium Priape Pater!
Culus, cerèbrum, nasus, aures, didymi,
Os, merda, lingua, cunnus, oculi, mentula,
Mater pia, ureter, trachea, dentes: Quid hoc
Rei est? (malum!) tam fœda quæ confusio!
Vah dicier Lucilius qui vult! niger
Tenebrio qui sit, tenèbris omnibus
Orci tenebricosior Acheruntìcis.
At vero homo venustus interdum jocis
Severitatem orationis temperat,
Fessasque mentes audientium levat;
Domumque pensilem scrotum, penem vocat
Cyclopa; & alia ejus generis: hujusmodi
Res ille gaudet elegantiis suis
Ornare: in his studet videri argutulus,
Facetior nusquam ut fiet, quam in his solet.
Sed maximos ludos facit tum maxime
Cum serio adolescentulos monere vult;
Salesque miscet putidos: ut cum tuæ
Quasi Quirine prætimens pubi malum
Quid impudicum, aut turpiusculum; gravi
Clamore paratragoedians, cadaveris
Penem prehensum ostentat omnibus manu;
Heus heus Quirites, clamitans trifurcifer,
Cavete penem; penis est ut Hannibal
Poenus timendus. Ut tibi penem Venus
Irata perdat tabidis achoribus!
Sic me invenustus enecas facetiis.
En Urbis, en Quirine Bidioos tuæ.
O Roma, Roma, splendor Orbis, inclyta
Humanitate, literis, & moribus,

Et

Et institutis cœlitus nobis datis ;
Qui dedecus tam turpe, tam probrum grave
Pati potes diutius Gymnasio
Hærere, flagitiumque tam vetus tuo ?
At te, Dii, Deæque quem perdant male,
Contagio Urbis, fœda seculi lues :
Quousque tandem te videbimus locum
Fœdare dignum, qui occupetur a viro
Et moribus probato, & artibus bonis
Instructo, ut ante ? Téne asellum nihili
Superbiâ elatum sedere in pulpito
Claro viris clarissimis scientiâ,
Et literarum gloria florentibus,
Alte rudentem, publicum subsellium
Et, ut latrinam, concacantem spurcidis
Fœtoribus, quos ore (phu !) pedens vomis ?

X I V.

Marsya jactabat Phœbum se vincere cantu,
Et cecinit; sed quid deinde? Typhoee tenes.
Tu nunc Phylacidam certas superare canendo :
Væ tibi, væ corio stulte Typhoee tuo.

X V.

Quod, proprium veluti, plagiarius edere quondam
Surreptum domino non sine fraude librum,
Ausus es, eque tuo errores tantum indere multos,
Et bardus medicus, nec bonus audis homo.

X V I.

Es nihil: ex nihilo nil fit: qui stulte putasti
Te persuasurum gignere posse aliquid ?

X V I I.

Dum capite erecto, subnixus inambulat, altum
Spirans, ridiculus dicitur, & fatuus.
Dumque sedens cathedrâ tot monstra eructat ab ore,
Ridiculus pariter dicitur, & fatuus.
At versus dum pangit, vultque poeta videri ;
Tum mage ridiculus dicitur atque asinus.

X V I I I.

Siquid inest animo fixum, mentique cohæret,

Vera

Vera animi interpres lingua tacere nequit:
Navita sic ventos memorat, sic Messor aristas,
Scortatorque loqui nil nisi scorta potest.
Cur tua, Lucili, dicamus carmina semper
Marcentes pueri sordida olere nates?
Nescio: Sed pueros habeas cum semper in ore;
Difficile est te non .... Musa pudica tace.

X I X.

In Bardilianum falsi Lucilii Satyras laudantem.

Cum pare quemque suo solers natura ita junxit,
Indolem ut occulti proderet ingenii:
Stulta vomit stulto falsus Lucilius ore
Carmina, quæ solus Bardiliane probas:
Nil mirum est; Asinus conspecto plaudit Asello,
Et ruit in socias mordicus auriculas.

X X.

Lucilius, seu mavelit vocarier
Chermesius, malumve, quod Dj dent malo,
Commitigatus versibus senariis,
Quibus ferocitate plenus bardula
Hucusque carminatus est, crudelius,
Ni desinat turbare pacem publicam
Atrociusque carminabitur miser,
Donec veneno imbuta lingua gutture
Avulsa sit radicitus venefico.
Homuncionem perditum mundabimus
Hoc pacto; in hac re publicum negotium
Geri putamus, eluendo publica
Rempublicam contagione pessima.
Quod si furor Lucilio tantus fiet,
Ne sic quidem ut velit sapere; partes erunt
Prætoris, ut mactetur infortunio,
Quo dignus est quicumque leges spreverit,
Et carmen occentassit in probos viros,
Jussus necari turpiter suspendio.

Est

XXI.

Est Romæ ineptus Græculus plebeculam
Captans; bonarum, & omnium expers artium
Illud loquacitate venditaria
Tantum studet, levissimam levissimus
Homo, sibi dicacis ut famam paret.
Præstigiator subdolus; mendaciis,
Fucis, dolisque sycophanta nobilis;
Palpator haud absurdus; ultro qui potest
Quicquid probent laudare principes viri,
Idemque pernegare rursus si negent.
Quid plura? natum diceres in Græcia;
Sed Græcitatis nil habet facerrimus,
Præter fidem, linguamque falsijuriam.
Hic Lucilio operam suam navat probe,
Aut clamitando, aut territando inanibus
Minis Thrasonicum in modum: verum, o bone,
Non clamitando, aut territando vincere,
Sed rem gerendo Dj dedere. Cæterum
Postquam male a doctis viris procedere
Lucilii versus, neque ex sententia,
Audivit; occupare tentat artibus
Urbem, unice quibus valet quicquid valet:
Suos, & adolescentulos Scholasticos
Rumusculis opplere tentans, interim
Dum monstrat apices Alpha, Beta, identidem
Prosam minatur, o Priape, acerrimam;
Luciliine nomine, an suo, satis
Non constat: id juratus affirmaverim,
Et hanc futuram insulsam uter conscripserit;
Sed Græculus ne scripserit quidem malam,
Ignavus operâ inersque, linguâ strenuus.
Proinde tute desinas lacessere,
Nullo os tuum qui comprimant negotio,
Coarguantque atrociore crimine,
Peccare quam quod sit ficulneam in tuam,
Quam tradidisti regulam in Spondaicis,
Quarto ut locetur dactylus semper loco.

Tuas.

Tuas tibi curato res; & fedulo
Caveto, ne apportent tibi magnum malum,
Quæ jactitas. Monere visum est denique,
Quod plurimum est: Famem tuam qui expleveris
Nostro cibo, Romæque victu victitas,
Romæ esse te hostem, & perduellem nondecet.
Cujusmodi sit hoc, scio, tenes probe.
Id confer in animum memor: Vale, & sapi.

